

diceret, bonam Rem publice esse θαυματὸν quoddam; scitè filius ejus respondendo adjicit pag. seq. ὑπερέμεγέθον εἶναι τὸ καλῶς ἄρκειν, etiam per arduum est opus recte imperare. Non incommodè igitur dum Politica etiam libamenta apponere animus est, primum tragema ex questionibus de Repub. concinnamus. Et quidem primam de ejus formis & differentiis. Forma siquidem Reipubl. ψυχὴ δῆμος πόλεως, Isocrat. in Arcopag. p. 279. Habet enim eandem vim, quam in corpore prudentia, ibid. Quot igitur numero? Distinctè agemus. Consideret illas aliquis vel ut sunt simplices, vel ut sunt mixtæ. Si ut sunt simplices? ternarium amplectimur. Quia Respublica & Reipubl. gerendæ ratio idem declarat Arist. l. 3. politic. c. 5. Reip. autem gerendæ ratio in eo est, quod principatum teneat in civitate. Quia igitur necesse est, principatum tenere vel unum, vel paucos, vel certè multos, sanè triplex forma hinc inde emergit, Arist. d. l. Liquidius easdem expromit l. s. Eth. c. 10. Sub initium inquiens: πολιτείας ἔστιν εἴδη τρία. Ἡσαΐ ἐν παρεκβάσεις, 1. est βασιλεία quam alias etiam vocat μοναρχία ab Imperio unius. 2. Αρχιστορεία. 3. Δημοκρατία. Quod verò attinet παρεκβάσεις earundem ut vocat, prima est Τυραννίς, altera ὀλιγαρχία & ultima ὁχλοκρατία. Et hanc distinctionem proponit suffragio ponderoso, Herodoti in Thalia l. 3. p. 191. Platon. in polit. p. 184. l. 8. de Reipubl. pag. 491. Xenophont. l. 1. Cyropæd. pag. 1. Cornel. Taciti libr. 4. Annal. pag. 346. Isocrat. in Panath. pag. 507. Augustin., l. 2. de C. D. c. 1. tom. 5. pag. 132. prætermisis aliis. Has principes formas potentissima gentes delegerunt inquit Plutarchus tom. 4. l. de imper. statib. pag. 73. ut Persæ regnum cum merâ potestate, nulli obnoxia judicio. Spartani paucorum optimatum liberam dominationem. Athenienses legibus suis contentam puram populi administracionem. Sed haec forme ubi vitiantur, depravatus fit & confusus Reipublica status, quales sunt Tyrannis paucorum potentia, & plebis licentia. Idem d. l. Illa Φαυλότης δῆμος μοναρχίας; ista κακία